UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Zenoni Presbyteri. 212.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, οἱ ἐν εὐσεβείᾳ ἐρηρεισμένοι. τοῦτο γὰρ ἡ Ἰουδαία ἑρμηνεύεται· ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν καταφυγὴν ἀφοράτωσαν· ὑπὸ τῆς οἰκείας ὁμολογίας φρουρούμενοι. ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. ὁ τῆς παρούσης περιφρονήσας οἰκίας, καὶ πᾶσαν τὴν ἐνταῦθα καταπατήσας σκηνήν, καὶ ὑψηλὸς τῷ βίῳ γενόμενος, καὶ τὰ ἔνοικα πάθη ἀποπεμψάμενος, μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἐπισπάσθω, μὴ δειλίαν, μὴ ῥᾳθυμίαν, μὴ δόξαν κενήν, μὴ ὄρεξιν πλούτου, ἅπερ ἀφ᾽ ὕψους ἐστὶ κατάβασις. ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. ὁ τὸν παλαιὸν ἀπεκδυσάμενος ἄνθρωπον, καὶ τοῖς σαρκίνοις ἀποταξάμενος, τὸν νέον φορείτω, ὃς αὐτὸν εἰς ἐπίγνωσιν θεοῦ ἀνεκαίνισε, καὶ τῆς ἰλύος ἐκάθηρεν. ἐν τούτοις γὰρ ἕξει τὸ πρὸς ἐκείνην τὴν μεγάλην κάκωσιν ἀνεπίβουλον.

Τῷ αὐτῷ. σια.

Οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ταῖς ἐγκυμονούσαις, φησί, τὸν θεῖον ἔρωτα ψυχαῖς, καὶ οὐ θαρρούσαις παρρησιάσασθαι, καὶ τεκεῖν τὴν περὶ θεοῦ ὁμολογίαν καὶ ἔνστασιν. καὶ ταῖς νηπιώδη καὶ ἀτελῆ περὶ τὴν θείαν μακροθυμίαν γνώμην κεκτημέναις. καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν ἀμοιβῶν οὐ προσεχούσαις, ἀλλ᾽ ἀπειλαῖς ἢ προσβολαῖς χαυνωθείσαις, καὶ τῶν μελλόντων γυμνωθείσαις.

Ζήνωνι πρεσβυτέρῳ. σιβ.

Ἔχεις ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, ὧν σπείρεις τοὺς καρποὺς ἀναθάλλοντας, βλέπεις τῶν χρηστῶν σου παλαισμάτων τὰ ἐπινίκια· ὑπὲρ μὲν τῆς ἑκουσίου πτωχείας, ἑκατονταπλασίονά σοι κἀνταῦθα κἀκεῖσε ὑπισχνουμένου ἀγαθὰ τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος καὶ σωτῆρος· ὑπὲρ δὲ τῶν πρὸς τὰ πάθη ἀγώνων, καὶ σκαμμάτων, τὸν ἄφθαρτόν σοι στέφα-

id eſt, qui in pietate fixi ac firmati ſunt (nã id Iudæa ſonat) ad ſublime perfugium oculos coniiciant, ſuæ videlicet confeſſionis præſidio ſepti ac communiti. Qui autẽ in tecto eſt, non deſcendat aliquid tollere de domo ſua: id eſt, qui præſentem domũ contempſit ac pro nihilo duxit, atque omnem huiuſce vitæ ſcenam pedibus protriuit, vitáque altus & ſublimis effectus eſt, & inteſtinos animorum motus ablegauit, nihil ex ipſis attrahat, non metum, non ignauiam, non inanem gloriam, non opũ cupiditatem, id enim ex alto deſcenſus ſignificat. Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam: id eſt, qui veterem hominem exuit, rebúſque carnalibus nunciũ remiſit, nouum geſtet, qui eum ad Dei agnitionem renouauit, atque à fæce & illuuie repurgauit. Hinc enim illud aſſequetur, vt ingens illa calamitas nihil ipſi inſidiarum creare poſſit.

Eidem. 211.

Væ prægnantibus & lactentibus in illis Matt. 24.
diebus, ait Dominus ad eas animas, quæ diuinum amorem velut vtero adhuc gerunt, nec verborum libertate ac fiducia vti, Deique confeſſionem, acrémque pro eo contentionem ac dimicationem parere audent, quæque puerilem & imperfectam de diuina patientia mentem ac ſententiam obtinent, nec præmiorum ſpem ſibi proponunt, verùm minis aut inſultibus fractæ ſunt, ac futuris rebus ſpoliatæ.

Zenoni Presbytero. 212.

Habes in diuina ſcriptura pullulantes earum rerum, quas ſeris, fructus: Cernis egregiorum tuorum certaminum palmas: Matt. 19.
nempe & pro ſponte ſuſcepta paupertate, centuplo ampliora tum hîc tum illic bona pollicẽte bono illo paſtore ac Saluatore: & pro ſubitis aduerſus vitia certaminibus, ac palæſtris, corruptionis expertem
coronam tibi nectente Paulo, generoſo 1. Cor. 9.

inquam illo in huiuſmodi rebus pugile, ac victore.

Soſandro. 213.

Matrimonij vinculo aſtrictus fuiſti. Hoc autem Dominus conducibiliter, atque ad animæ vtilitatem accõmodatè ſoluit. Neque enim quicquam eorum, quæ ab eo fiunt, commodi ac lucri expers eſt. Quoniam igitur mundanam, ac non diuinam, ſolicitudinem habet vitæ ſocietas, ſolutus
1. Cor. 7. es ab vxore, noli quærere vxorem: ne te mulieris venenum corrumpat, ad alterum voluptatis congreſſum te tanquam præſtigiis quibuſdam illiciens, carnaléſque blãditias, atque inutiles curas & ſuſpiciones docens. Verùm ad montem noſtrum, vt animę tuæ ſaluti conſulas, te confer.

Domitio. 214.

Non cuiuſuis eſt, heus tu, dogmatiſten agere: quandoquidem nec omnium purpuram geſtare. Quocirca cùm non omnes purpura vtantur, ac præſertim pauperes (vt qui alioqui Imperatoriæ maieſtati cõtumeliam inferant, rémque præcellentem vilem & abiectam reddant) abſtineas velim ab eccleſiæ minimè congruentibus diſputationibus, quæ nullam auditoribus vtilitatem afferunt, verùm religionem noſtram in contumeliam trahunt, infenſóſque atque infeſtos nobis hæreticos, non aduerſum te, atque ad te accuſandum & inſectandum flectunt, verùm ad pietatem conuitiis & maledictis inceſſendam extimulant. Non enim inſcitiam tuam perſpiciunt: verùm piæ doctrinæ imbecillitatem riſui ac ludibrio habent.

Euſebio Epiſcopo. 215.

Vt ornatus ſtudioſum elegantia veſtiũ
Pſal. 24. decet: ita in te illud Pſalmiſtæ accommodè conferri poteſt, confundantur iniquè agentes ſuperuacuè. Patefactis enim ianuis ac quæſtuum faciendorum rationibus, tu quidem hoc nomine rationes reddes, aliis autem opes aggeris, quibus quẽ-

νον πλέκοντος Παύλου, τοῦ γενναίου τούτων παλαιστοῦ καὶ νικηφόρου.

Σωζάνδρῳ. σιγ.

Εἶχες μὲν δεσμὸν τὴν συνάφειαν· ἔλυσε δὲ ταύτην ὁ κύριος συμφερόντως καὶ ψυχωφελῶς, οὐδὲν γάρ ἐστιν ἀκερδὲς τῶν αὐτοῦ. ἐπειδὴ τοίνυν μέριμναν ἔχει κοσμικὴν ἀλλ᾽ οὐ θεϊκὴν ἡ συμβίωσις, λέλυσαι ἀπὸ γυναικός· μὴ ζήτει γυναῖκα, μή πως σε ἰὸς γυναικὸς φαρμακεύσῃ, πρὸς ἑτέραν γοητεύων συνέλευσιν ἡδυπαθείας, καὶ σαρκικὰς διδάσκων κολακείας, καὶ ἀνοήτους φροντίδας καὶ ὑπονοίας. ἀλλὰ σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ ἡμέτερον ὄρος.

Δομιτίῳ. σιδ.

Οὐ παντός ἐστιν, ὦ οὗτος, τὸ δογματίζειν, ἐπειδὴ οὐδὲ πάντες ἁλουργοφοροῦσιν. ἐκχρῶ εἰ ἐκείνοις οὐ κέχρηνται πάντες, καὶ μάλιστα πτωχοὶ, ὡς εἰς τὸ κράτος ὑβρίζοντες, καὶ εἰς εὐτέλειαν τὴν ὑπεροχὴν κατασύροντες, φεῖσαι τῶν ἀπρεπῶν τῇ ἐκκλησίᾳ λόγων, οὐδὲν τοῖς ἀκροαταῖς κέρδος φερόντων, ἀλλ᾽ εἰς ὕβριν τὰ τῆς θρησκείας ἑλκόντων, καὶ τοὺς δυσμενεῖς ἡμῖν αἱρεσιώτας, οὐ πρὸς σὲ καὶ τὴν κατὰ σοῦ κατηγορίαν κλινόντων, ἀλ- κλ. λὰ πρὸς λοιδορίαν τῆς εὐσεβείας ἐρεθιζόντων, οὐ γὰρ τὴν σὴν ἀμαθίαν συνορῶσιν, ἀλλ᾽ ἐκείνης ἀσθενείας ἀσθένειαν. καταγελῶσιν.

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ. σιε.

Ὡς φιλοκόσμῳ εὐπρέπεια ἱματίων, οὕτω σοι τὸ ψαλμικὸν ἐφαρμόζει, αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. θύρας γὰρ καὶ τρόπους κερδῶν ὑπανοίξας, σὺ μὲν τὰς ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀποτίσεις εὐθύνας, ἑτέροις δὲ θησαυρίζεις τοὺς πόρους, οἷς πλείονας καὶ σαυτῷ τιμω- ὡς. ρίας